

19 succedit ex testamento filij, dicemus disputat. hac num. 47.

Hoc autem adeo verum est, ut etiam procedat in legitima iure debita parenti super fructu, ex illis bonis paternis, in quibus filio ab intestato successit, eam enim tenetur reservare filijs prioris matrimonij: Quod textus allegati nu. precedenti minime distinguunt. Et quamvis Ripa l. fœmina. §. illud, in fine. C. de secund. nupt. in partem contrariam videatur inclinare, vel saltem dubius maneat: hæc partem tenentur Fabianus de Gochis auct. novissima. q. 12. in fine. C. de inoffic. testam. Garronis auct. ex testamento, in nova editione. nu. 30. & sequentibus, notabili §. C. de secund. nupt. Boerius decis. 183. nu. 6. Sarmiento lib. 7. selegarum cap. 1. r. fine. Villalobos in suis commun. opin. litera B. num. 45. Antonius Gabriel tomo 3. comm. opin. lib. 3. tit. de secund. nupt. conclus. r. num. 8. Marienzo lib. 5. Recopil. tit. 1. l. 3. glossa 2. num. 41.

20 Sexto infertur, quid dicendum quando vir & vxor filijs communi nuptiarum dotem constituunt: in quo euentu ex communibus vtriusq; cõgijs bonis dos extrahenda est: mirum, si lucra constante matrimonio acquisita sufficere, ex illis: in min' ex alijs quibuscumq; bonis vtriusq; coniugis proprijs: iuxta l. regiam. §. Tauri, hodie. l. 8. tit. 9. lib. 5. Recopil. Dubitatur ergo, an filia hæc absq; descendibus mortua, altero parète iam defuncto, parens superstes, qui ad secundas nuptias trãsit, teneatur reservare filijs prioris matrimonij totã illam dotem ex bonis parètis defuncti habitã? Azebedo lib. 5. Recopil. tit. 1. l. 4. nu. 57. movet quæstionem, & quamvis dubius tanquam verius sustinet teneri totam dotem reservare filijs prioris matrimonij. Quod dos illa iam proprijs filiarum patrimonium effecta sit: atq; adeo non possit attendi, pars ne patris, an matris sit. Sed alius caudicus (quæ tacito nomine ibi refert,) sustinuit solam partem à coniuge defuncto habitam reservari. Quod mihi verissimũ est. Quia licet illa dos proprium sit iam filie patrimonium: at non omnia filiorum bona reservatur filijs prioris matrimonij, sed ea sola, quæ coniugis defuncti fuerint, in quibus alius ad secundas nuptias transiens successit. Ut diximus num. 15.

21 Septimo infertur, quid sentiendum de bonis, quæ parès cõsequutus est per ipsius filij renunciationem: vel quia fœmina statuto excluditur à successione: an ea refer-

entur filijs prioris matrimonij, parente transeunte ad secundas nuptias. De priori quæstione cõsulendus est Boerius tota decisione 184. De posteriori autem Salycet. l. fœminæ. §. illud. C. de secund. nupt. Parisius consil. 29. nu. 78. volum. 3. Garronis auct. ex testamento, in nova editione nu. 19. C. de secund. nupt.

22 Oâdo infertur decisio eius quæstionis. Successit coniux filio prioris matrimonij in bonis paternis, proprietas est vbi secundò nupsit, aliorum filiorum eiusdem matrimonij: dubitatur ergo an alij filio eiusdem matrimonij obventi succedat is coniux in proprietate illa, quam habebat in parte hæreditatis fratris præmortui: an potius in ea succedat alij fratres eiusdem matrimonij? Azebedo lib. 5. Recopil. tit. 1. l. 4. n. §. tenet succedere in ea proprietate alios fratres. Quod Baldus auct. ex testamento. num. 1. vers. ex paterna substantia. C. de secund. dicat bonorum originem spestandum esse. Cùm ergo bona huius filij in sua origine paterna fuerint, semper coniux ad secundas nuptias veniens erit inæpax acquirenda proprietatis illorum. Iuxta dicta num. 18.

At verius est, in ea proprietate solum coniugem secundò coniugatum succedere, ac eã consolidari cum usufructu, quem si habebat. Quia auct. ex testamento. C. de secund. nupt. & ceteri textus decedentes bona paterna cõparata ex successione filij à cõiuge transeunte ad secundas nuptias, referuntur filijs prioris matrimonij, intelligitur quãdo ex successione paterna immediatè, aut mediante priori successione filij cõparata sunt. At coniux ille non comparat hæc proprietatè ex immediatè filij successione in bonis paternis, sed ex immediatè successione illius in bonis fratris, respectu cuius parens non priuatur proprietate, per transitu ad secundas vota. Et ita Salycet. d. auct. ex testamento, paulò post principium, super verb. peruenierunt, intelligit quãdo immediatè perueniunt, dicens cetera bona, quæ ex paterna substantia profecta sunt, pleno iure pertinere ad matrem, nec teneri ea reservare. Et in proprijs terminis tenent hanc sententiam Corneus consil. 286. nu. 3. lib. 1. referens Immolam, & Florianum idem consuluisse. Boerius decisione 192. nu. 3. Garronis. d. auct. ex testamento, in nova editione. n. 41. & sequentibus, notabili 7. dicens. num. 42. sic tenuisse plurimos Doctores Avinionenses, & ita fuisse sententia iudicũ decusum. Barbosa l. post dotem.

41. numer. 76. fine. ff. solut. matrimoni.

23 Nonò infertur, quid dicendum sit de bonis, quæ peruerunt ad filium ex substantia aui, aut ahorum ascendentium, præter patrem, aut matrem, an parès succedens filio in ea substantia aui, amittat proprietatem transeunte ad secundas nuptias, & teneatur reservare filijs prioris matrimonij? Affirmant Matiezo lib. 5. Recopil. tit. 1. l. 3. gloss. 2. nu. 15. Et Molina tomo 1. de iust. tractatu 2. dif. 163. colu. 3. notabili 3. Quod ea bona à parentibus profecta sunt. At dicendum est contrarium. Quia textus allegati n. 18. de bonis, quæ ex substantia paterna veniunt ad filium, loquuntur: & in materia hæc pœnali, nomine substantiæ paternæ minime claudi debet auita. Itè, quia præstitũ illud ad secundas nuptias, iniuria principaliter infertur memori cõgijs præmortui, nõ autem alijs ascendentibus. Et idè ita tudent, Bartolus auct. ex testamento. nu. 2. C. de secundis nupt. Angelus Institutæ de fœnatus consulto Tertul. §. præferitur n. 15. vers. quid autè. Marthefflanus de success. ab intestato, ar. 2. principali, memb. 1. n. 21. & ibi Bolognius in addit. n. 30. Gulielmus Benedicinus. c. Raynūtius, de testam. verb. & vxorem, decisione 5. vbi de successione ab intestato nu. 86. Boerius decisione 192. nu. 5. Gregor. Lopez. l. 26. verb. fincan. tit. 13. p. 5. Garron. d. auct. ex testamento, in nova editione, post notabile 7. nu. 43. Antonius Gomez. l. 14. Tauri. nu. 2. Villalobos in suis commun. opin. litera B. nu. 39. Antonius Gabriel tomo 3. commun. opin. lib. 3. tit. de secund. nupt. conclus. 3. nu. 16. Azebedo lib. 5. Recopil. tit. 1. l. 4. nu. 43. & tit. 9. l. 6. nu. 3. Addunt Garronis ibi, & Azebedo ea. l. 4. nu. 43. hoc habere verum, licet cõtèplatione patris fuerint hæc bona acquisita filio, ita vt sint ipsius filij. Quod verum est, iuxta ea quæ diximus nu. 17.

24 Vltimò infertur, à fortiori in bonis, quæ aliunde prouenerunt filio, quàm ex substantia parentum, vt quæ ab extraneo accepti, aut propria industria cõparauit, succedere pleno iure parentem transeuntem ad secundas nuptias, quoad proprietatem, & usufructu: & nil eis reservari. Cõstat ex dictis nu. precedenti. Et expressè deciditur l. mater. §. C. ad Tertul. & auct. de nuptijs. §. hinc nos alia vers. sed quanta quidem, collat. 4. & tradunt omnes. Difficultas autem est, an hoc indistinctè procedat, si successio in illis bonis filij mortui præcedat secundum parentis coniugium,

sive illud sequatur? Et ratio dubitandi est, quia quamvis circa bona paterna, quæ superstes coniux ex successione filij habuit, nil referat vt ea teneat reservare filijs prioris matrimonij, siue transeat ad secundas nuptias ante mortem, ac successorem filij, siue post. (vt diximus num. 18.) quia ita expresse deciditur auct. de nuptijs. §. hinc nos. At quãdo bona, in quibus succeditur, sunt extrinsecus à filio acquisita, id nõ deciditur ibi. Imò Glossa d. l. mater. verb. cõiugium, dicit multum referre, an nubat mater post mortem filij, cui in his bonis successit: vel ante illã: in priori enim casu ait succedere pleno iure in illis bonis: in posteriori autem, in solo usufructu, reservata proprietate filijs prioris matrimonij. Et Glossam sequuntur Bart. ibi. nu. vnico, Faber. ibi. Paulus nu. 2. Præpositus rubrica de secund. nupt. in fine. Et Ioannes Lupus rubrica de donat. inter vir. & vxor. §. 50. in fine, dubius cogitandum relinquit. Et Additionator ibi vers. adde quòd iudicio meo sequitur prædictam distinctionem: quam sibi non displicere ait Azebedo lib. 5. Recopil. tit. 1. l. 4. nu. 44. Et probant ex d. l. mater, vbi textus loquitur de matre transeunte ad nuptias post filij obitum, & distinguit inter bona paterna, & aliunde acquisita, vt in paternis, solo usufructu gaudeat: in alijs vero pleno iure. Ergo à contrario censu, non gaudet hoc pleno iure, quando ante filij obitum secundò dubit. Et l. fœminæ. §. illud. C. de secund. nupt. eadem distinctio adhibebatur. Ceterum in vtroq; euentu, nempe, siue parens secundo matrimonio copuletur ante mortem filij, siue post, multò verius est, eũ succedere pleno iure quoad proprietatem, & usufructum. Per auct. de nupt. §. hinc nos alia vers. sed quanta quidem, ibi. Et quãtia quidem, quæ ex paterna substantia ad filium peruenierunt, eorum solum modo habet vsu, ad secundas nuptias siue prius, siue postea veniens nuptias: in residuis vero omnibus rebus, quæ aliunde erant filio præter paternam successione, veniat secundum vocatiõnem nostram. Per quod corrigitur distinctio, quæ colligitur ex d. l. si mater. Et ita sustinet Glossa eo. §. hinc nos verb. si autè, & verb. & hæc dicimus. Et ibi Bart. nu. 1. vers. & sic illud. Idem Bartolus auct. de non eligèdo secundò nubentes. §. cum igitur. nu. 8. collat. 1. Et ibi Angelus de Perusis, in principio nu. 7. Idem Angelus. d. l. mater. nu. 3. & repetitio eiusdem legis. nu. 8. & ibi Corneus nu. 3. Cynus auct. ex

testamento nu. vnicio. C. de secund. nupt. Et tenet Ripa. d. l. femina. in noua editione nu. 4. & notabili 6. nu. 37. Et auct. eiusdem penis nu. 12. C. eodem tit. Ripa. l. femina. §. illud. in noua editione nu. 2. dubio 2. C. eodem tit. Gulielmus Benedictus. c. Raynuntius. de testam. verb. & vxorem. decisione 5. vbi de successione ab intestato nu. 86. Ananias consilio 73. in fine. Mattheiyllanus tractatu de successione ab intestato. art. 2. principali: & ibi Bologninus in addition. Boerius decisione 190. fine. Cifuentes. l. 15. Tauri. col. 1. no. 2. vers. sed dubitatur. Matienzo lib. 5. recopil. tit. 1. l. 3. glo. 2. n. 15.

25 Omnia autem predicta intellige, quamuis filij non sint haeredes coniugis defuncti, eod quod hereditati renunciarint: adhuc enim coniux superstes transiens ad secunda vota tenetur illis reservare bonorum proprietatem, quae a defuncto coniuge acquisita: & hoc, nisi filij repellantur a successione ratione ingratitudinis. Sic habetur expressè auct. haeres. C. de secund. nupti. ibi. *Haeres lucro cedunt liberis, licet haeredes non sint patris, aut matris, aut vtriusq. nisi fuerint ingrati: & probetur ingratitudo.* Et ratio est, quia in tali renunciatione consideratur facultas succedendi ratione sanguinis, quae per eam tollitur. c. quamuis pactum, de pactis. in 6. At deberi ea lucra filijs prioris matrimonij provenit ex dispositione legis. Quare hoc est verum, quavis ea renunciatio iureiurando firmata sit. Cum eadem ratio militet. Sic Oldrad. consil. 294. nu. 3. Boerius decisione 185. num. 18. Intellige tamen, quando post renunciationem illud lucrum superuenit: fecus si renunciationis tempore iam acquisitum esset. Quod generalis renunciatio extendatur ad lucrum tempore renunciationis iam delatum. Sic tradunt Decius consil. 206. in fine, volum. 2. & rubrica. C. de secund. nupt. nu. 7. Ripa. l. femina. in principio. q. 9. nu. 19. licet aliquantulum dubius: vbi quaestionem hanc latius disputat. C. de secund. nupt. Quando autem sunt ingraty, & ratione ingratitudinis a successione expelluntur, ideo non habet locum haec reservatio, (vt ait Angelus repetitione. l. mater. nu. 4. Cad Tertul.) Quod ingraty habetur ac si non existerent, sed mortui essent. §. quoniam infirmos verb. vbiq; tamè, in tit. de nuptijs. Vnde inferitur nec esse locum huic reservationi, quando filij alia ratione incapaces essent. Vt si professi essent in ordine minoru. Est enim eadem ratio, cum tanquam mortui habeantur. Et

in simili diximus disput. praecedenti nu. 3. Et tenet Ripa. d. l. femina. in principio, in noua editione nu. 15. q. 8. Quis autem ingratitudo filiorum exigitur, vt huic reservationi locus non sit, & quis tunc succedat, consulendi sunt Gulielmus Benedictus. c. Raynuntius, de testam. verb. & vxorem, decisione 5. vbi de successione ab intestato nu. 84. Et Garro. auct. ex testamento, in noua editione, notabili 11. & 12. nu. 60. & multis sequentibus. C. de secund. nupt.

26 Ex tertia conditione ad hanc reservationem petita, nempe, vt bona sint a coniugis defuncti substantia superstiti parta titulo lucratio, deducitur acquisita titulo oneroso, vt ex contractu, effici coniugi superstitis omnino propria, nec proprietatem amitti per secundas nuptias. Constat ex l. femina. in principio. C. de secund. nupt. ibi. *Donationibus factis, vel cuiuslibet munificae liberalitatis pramio.* Et ex auct. hoc lucrum. C. eodem tit. vbi bona reservanda filijs prioris matrimonij appellantur lucra, ac sola acquisita titulo lucratio, sunt digna hoc nomine. Et tradunt passim omnes Doctores, nemine dubitante.

27 Vtrum autem arrae, donatio remuneratoria, sponsalitia largitas a prioriviro habita, censeatur ex contractu oneroso acquisita, vt sic non sint matre secundo nupta, reservanda filijs prioris matrimonij, dixi latè lib. 6. disputat. 41. per totam. Et quid dicendum sit de vestibus vidualibus, ac lecto quotidiano habitis ex bonis coniugis defuncti: dixi hoc 7. lib. disput. 87. nu. 31. & 32.

28 Imò in ijs, quae filius habuit a patre defuncto ex titulo oneroso succedit coniux superstes transiens ad secundas nuptias ple no iure, nimirum, in proprietate, & vsufructu, nec tenetur reservare filijs prioris matrimonij. Quia haec bona censeantur omnino propria filij, nec acquisita ex patris substantia, sed instar extranei per contractum ea acquirentis. Sic tradit Garronis auct. ex testamento, in noua editione, notabili 10. fine, in noua editione. n. 29. C. de secund. nupt.

29 Secundo deducitur, quid sentiendum sit de lucris acquisitis constante matrimonio, quae attentata lege, sunt communia vtriusq; coniugis: an coniux superstes ad secundum matrimonium migrans, teneatur medietatem illorum lucrorum, quam sibi acquisiuit, reservare filijs prioris matrimonij, ac eius proprietatem amittere? Et quidem si solum ius commune spectemus, alij qui affirmant reservari. Quod titulo lucra

tuo

tuo censeantur acquisita. Sic tradunt Cifuentes. l. 14. Tauri nu. 1. Mischaeca de successione creatione, lib. 1. §. ubi 25. fine. Caterum tenendum est contrarium. Quia censeantur dicta bona labore, ac industria vtriusq; coniugis acquisita: & sic titulo potius oneroso, quam lucratio deferuntur. Cum enim vtrique; coniugi lucra, & iacturae communia sint, contractus potius est onerosus, quam lucratio. Nec obstat, posse euenire sola coniugis defuncti industria parta esse. Quod id per accidens sit: & sufficit posse euentum se habere ad lucrum, & iacturam. l. de fidei commissio. C. de tractatione. Et ita docent Ripa. l. femina. in principio, in noua editione. q. 22. n. 59. C. de secund. nupt. Ioannes Lupus. l. 14. Tauri nu. 5. & ibi Castillo nu. 2. Tello ibi num. vnicio. Auendaño ibi, glossa 2. n. 4. Gomez Arias. l. 12. Tauri nu. 3. Couar. 4. decretal. 2. p. c. 3. §. 9. nu. 8. Pinellus. l. 1. p. 1. nu. 37. C. de bonis matern. Ioannes Garcia de coniugali acquista. C. 13. num. 17. Gutierrez lib. 2. practiarum. q. 95. n. 21. Azebed. lib. 5. recopilat. tit. 9. l. 6. nu. 1. & ibi Matienzo glossa 2. nu. 2. Addit Pinellus ibi idem esse, si attentata sola consuetudine ea lucra essent communia. Quod placet ob eandem rationem. Quamuis Tello proximè allegatus dicat se non omnino id affirmare. Quia potest esse titulus ille lucratio, quamuis consuetudo sit vtrique; coniugi communis. At quidquid sit de iure communi: de iure huius regni decimè est. l. 14. Tauri, hodie l. 6. tit. 9. lib. 5. noua recopil. regiae, medietatem illam lucrorum effici omnino coniugis, nec per transitum ad secundas nuptias reservari filijs prioris matrimonij.

30 Vltimo inferitur, quid sentiendum sit de alijs bonis, quae coniux superstes lucratur ex patrimonio defuncti, ita disponente lege, statuto, aut consuetudine? Vt si lex deferaat coniugi superstiti ex bonis, alterius coniugis aliquam partem. Aliqui censent ea bona non reservari. Quod ea non consequatur coniux superstes a defuncto, sed ex legis providètia, ac dispositione. At textus discernentes hanc reservationem, loquuntur de acquisitis ex mariti liberalitate. Vt constat ex l. femina. in principio. C. de secund. nupt. Quod in hoc lucro, verificari nequit, cum acquiratur etiam altero coniuge inuito: nec in necessitate censeatur quis liberalis. l. relegatam. ff. de adim. legat. Quae sententia valde probabilis est, & eam sustinet Baldus. l. finali, in fine. C. de bonis que

liberis, & ibi Corneus in fine. Idem Corneus athen. ex testamento. n. 9. C. de colat. Arcinus. l. si ab hostibus. §. finali. ff. solut. matri. Signorolus, Berbatius, Franciscus Pepsus, quos refert Menochius consil. 155. n. 32. volum. 22. Motalus lib. 3. fori tit. 1. l. 13. in fine. Castillo. l. 14. Tauri nu. 2. & ibi Antonius Gomez num. 3. Gomez Arias. l. 12. Tauri nu. 16. & 17. Segura de bonis lucrativis constante matrimonio. nu. 86. Gregor. Lopez. l. 26. verb. las arras tit. 13. p. 5. Et in hanc inclinatur, quamvis dubius, Ioannes Lupus. l. 14. Tauri num. 7.

31 At verior sententia habet ea lucra reservari filijs prioris matrimonij coniuge transeunte ad secundas nuptias. Quippe titulo lucratio acquisita censeantur, cum matrimonio occasione absq; alterius coniugis opera, & industria compareant. Item quia & si in tali lucro non appareat liberalitas: est utiq; nã mulier a principio dãs dotè videtur consentire huic lucro postea sequuto. Item, quia hoc lucrum dicitur matrimonij causa acquisitum. At l. femina. in principio. C. de eund. nupt. dicitur, *Quid nuptiarum solemnitate:* Vnde non dicitur acquisitum ex causa onerosa, considerata causa immediata, & proxima, quae est ipsum matrimonium. Atq; ideo hanc partem Barrolus. l. vnica nu. 2. vers. item possumus C. de inoffic. donibus. Baldus auct. ex testamento num. 6. C. de secund. nupt. Decius. l. 1. num. 17. & 18. C. eodem tit. Bertrandus. l. hac edictali num. 41. C. eodem tit. Chassanæus de consuetud. Burgundia. rubrica 7. §. 7. num. 1. Boerius decisi. 185. nu. 7. & 8. Gulielmus Benedictus. c. Raynuntius, de testam. verb. & vxorem, decisione 5. vbi de successione ab intestato nu. 87. & verb. qui cum alia num. 205. Garronis. d. auct. ex testamento, in noua editione num. 86. & sequentibus. Crementis referens quoddam Antonij de Buttrio consilij, singulari vltimo. Ripa. d. l. femina. in principio, in noua editione. q. 23. n. 61. Niccolaus Arelatanus. l. generaliter nu. 49. & multis sequentibus. C. de secund. nupt. Sylva nuptialis lib. 2. verb. diuiti non est nubendum nu. 76. Ioannes Lupus rubrica de donat. inter vir. & vxor. §. 50. nu. 15. Bertachinus in suo repertorio, littera N. verb. vxor secundò nubit vers. vxor secundò nubens. Couar. 4. decret. 2. p. cap. 3. §. 9. nu. 7. Pinellus. l. vltima num. 2. C. de bonis marit. Villalobos in suis commun. opin. littera B. num. 42. Antonius Cucus lib. 5.

O o 4

infinituro.

institucionum maiorum tit. 12. num. 189. Paulus, & Alciatus, quos cum alijs refert, & sequitur Matienzo lib. 5. Recopil. tit. 9. l. 6. glossa 2. nu. 3. Ioannes Garcia de coniugali acquiritu. nu. 8. & de expensis. cap. 13. num. 16. Azbedo lib. 5. Recopil. tit. 1. l. 4. nu. 27. & l. 3. nu. 2. Gutier. lib. 2. praef. q. 95. nu. 20. Audefano. l. 14. Tauri, glossa 2. nu. 4. Ludouicus Lopez 2. p. instructorijs, vbi de matrimonio cap. 41. colum. 3.

3 2 Idem dicunt aliqui de eo quod coniux lucratur ex pacto mutuo inter seipos inito, vt superstes altero defuncto lucratur certam alterius bonorum partem. Sic Boerius, Gulielmus Benedictus vtroq; loco, Garronis, Ioannes Garcia vtroq; loco relati nu. praecedenti. At ab his discedit Ripa. l. feminae, in principio. q. 17. num. 39. C. de secund. nupt. in noua editione. Et in hac partem quamuis dubius magis inclinat Ioannes Lupus. l. 14. tauri nu. 7. Quod non sit mera donatio, vel merum lucrum, sed magis conuentio reciproca, & quasi permutatio inter coniuges facta. Atq; ita sic acquisitum, ex vero titulo oneroso proficiscitur. Et hoc mihi placet.

3 3 Quidquid tamen sit de hac questione, illud est certum, quartam coniugis defuncti bonorum partem debitam superstiti paupertate laboranti iuxta auth. praeterea. C. vnde vir, & l. regiam 7. tit. 13. par. 6. referuari filijs prioris matrimonij. Quod habet verum, quamuis non transeat coniux ille superstes ad secundas nuptias. Quia hoc non inductum est in poenam secundarum nuptiarum: sed quia eadem auth. praeterea, quae in hoc consuluit paupertati coniugis superstitis, simul decidit reseruare filijs prioris matrimonij. ibi. *Vt tamen eiusdem matrimonij liberis proprietatem seruet, si existerint.* Et notat Angulo de melioracionibus. l. 2. gloss. 1. nu. 7. Qui consulendus est de ea questione, an sit haec quarta ex quinta bonorum extrahenda, an potius tanquam debita legale ex tota haereditate. l. 9. glossa 2. nu. 40. & multis sequentibus. Et an debeat coniugi pauperi habenti patrem, aut filios diuites, a quibus possit petere alimenta? Consulendi sunt Gregor. Lopez l. 7. tit. 3. p. 6. & latè Barbosa. l. maritum 13. nu. 99. ff. solut. matr.

3 4 Circa vltimam conditionem, nempe, vt supersint filij ex priori matrimonio: certum est, coniugem transeuntem ad secundas nuptias non amittere proprietatem bonorum a coniuge defuncto sibi relictorum,

si ex eo matrimonio filij non sint suscepti. Constat ex l. feminae, in principio. C. de secund. nupt. ibi. *Feminae qua suscepti ex priori matrimonio filijs.* Et auth. de nuptijs. §. si vero expectat, collat. 4. ibi. *Si quidem non habeat filios, sine periculo est ritum ex hoc.* Et eodem auth. §. prima siquidem vers. si igitur, ibi. *Si igitur sine filijs manserint.* & l. generaliter, in principio. C. de secund. nupt. ibi. *Liberis conuinitibus.* Et ratio est, quod id in fauorem liberorum primi matrimonij institutum sit: & ideo non susceptis illis cessat fauor. Nec habet locum etiam si coniux defunctus ex alio matrimonio liberos relinquat, non enim tenetur superstes ea bona illis reseruare. Quia. d. l. feminae, loquitur de feminae quae habens liberos ex priori matrimonio ad aliud transiit. Et l. generaliter, quando liberi communes extant. Quae hic dicitur. Atq; ita docent Corneus consil. 242. nu. 6. sine, volum. 2. Ripa. l. feminae. §. illud nu. penul. de bio 4. C. de secund. nuptijs.

3 5 Difficultas autem potissima circa hanc vltimam conditionem est, an coniux transiens ad secundas nuptias succedat pleno iure absq; obligatione reseruacionis, in bonis a coniuge defuncto profectis, ac sibi acquisitis, quando filij suscepti sunt ex prioris matrimonij, at omnes absq; prole obierint? Quibusdam placet coniugem in solo usufructu succedere, ac proprietatem quae ad vltimum filium defunctum pertinebat, transferri ad haeredes illius filij ab intestato. Quia. l. feminae, & l. generaliter C. de secundis nuptijs petunt liberos susceptos esse ex priori matrimonio. Quod hic verificatur: atq; ita iam plene interrogata est iniuria priori viro, ac filijs eius matrimonij, ratione cuius priuatio hac inducitur: & cum superfuierint ex matrimonio illo filij, & per transitum parentis ad secundas nuptias, priuatur ea proprietate praerens ille, non est cur ob mortem filiorum postea sequutam consolidetur proprietates semel amissa cum usufructu per parentem retento, atq; redeat ad ipsum. Sic sustinet Glossa auth. ex testamento verb. filij. C. de secund. nupt. Corneus latissime probans consil. 242. n. 6. volum. 2. licet aliquantulum dubius. Ludouicus Romanus consil. 279. sine. Pontanus, & Reginaldus, & duo alij caudicij Romani. (vt eos refert Garronis. d. auth. ex testamento, in noua editione num. 46.

Alijs arridet distinctio haec. Si filij ha-

rede

rede non instituto, sed ab intestato decedant, succedat parens secundò coniugatus in ea proprietate: secus autem si filius vltimò defunctus haereditatem instituerit: tunc enim ille succedit in ea proprietate. Nec obstat cessasse filiorum fauorem. Quod eodem tempore militet alia causa, videlicet, vltimum filium legitime testatum esse: ac haereditatem ab eo institutum representare eius personam. Praeterea, quia non solus filiorum fauor est causa huius reseruacionis, sed etiam iniuria illata viro, & filijs, per posterius matrimonium. Sic tenent Bologninus ad dicta Mattheyslanu de success. ab intestato, art. 2. principali, membro. 1. num. 22. Garron. rubrica. C. de secund. nupt. in noua editione, remedio 3. ad euitandas per nos secundò nubentium. nu. 124. & Auth. ex testamento. num. 79. C. eodem tit.

3 7 Sed tenendum est, succedere tunc parentem pleno iure, ac proprietatem consolidari cum usufructu. Quia liberis mortuis cessat eorum fauor, qui potissima huius reseruacionis causa est. Secundò, quia paria sunt, nullus ex priori matrimonio liberos suscepisse, & habuisse, superstitem tamen parentem defunctos esse, vt constat ex l. feminae. §. illud, ad finem. C. de secund. nupt. ibi: *Quod si nullam ex priori matrimonio habuerit successioneis vel natus, natus decesserint.* At in priori casu constat matrem pleno iure succedere. Idem ergo in posteriori dicendum est. Tercio, quia, §. quoniam infirmas, Authen. de nupt. generaliter loquitur, nec distinguit, an filij testati sint, an ab intestato obierint, ibi: *Si vero moriantur omnes.* Praeterea, quia eodem §. sic dicitur: *Quis enim hoc etiam infringat filijs: quibus solis hoc seruauimus, non existentibus.* Vbi textus vult in distinctò nemini licere liberis praemortuis infringere alienationem praedictorum lucrorum factam a parente, qui per secundas nuptias eorum proprietate priuatus erat. At si haeres filij in ea succederet, posset vtiq; reuocare. Deinde idem probat idem textus, ibi: *Quibus solis hoc seruauimus.* Tandem probatur, ex l. hac editali. §. his illud. vers. hoc quoq; cauet. C. de secund. nupt. ponderando rationem, quae reddit ille textus, ibi: *Vt ad eandem lucrum redeat iustitiam.* Quae ratio militat generaliter, siue testatus, siue intestatus decesserit filius: nimirum, ne parenti ob mortem filiorum affecto vterio addatur affectio, priuando illum eo proprietatis lucro amisso, quod lucrosè restituitur ob filiorum interitum.

Nec obstant rationes oppositae adductae. num. praecedenti. Non prima, nam haeres non verè representat defuncti personam, vt potè, qui verè distincta persona est, sed tantum fidei. Quod clare denotat Authen. de iureiur. à morien. in principio, dum ait haereditatem quodammodo videri eadem personam quod defuncto. Nam dictio, quodammodo, impropriè importat. l. in suis. ff. de liber. & posthum. vnde cum hoc sit per fictionem, & impropriè, non debemus in re hac iuris priuare, & penali, extendere verba legis propria ad impropria, siue ficta: eò vel maxime quod textus vultur distinctio, solis, quae exclusiua est. Nec obstat etiam secunda ratio. Quia duplex est huius distinctio ratio ita conuictè requisita, vt neutra sola sufficiat: nempe, iniuria illata ob secundas nuptias, & filios superstitis esse, quorum fauori prospicitur. Quare sicut cessante iniuria ob filiorum remissionem cessat haec reseruatio: (vt num. 43. dicemus:) ita cessare debet cessante eorum fauore, ijs omnibus defunctis. Et ideo hac sententiam sustinent Bartolus consil. 54. sine, volum. 1. & Authen. de non eligendo secundò nubentes. §. hoc autem, num. 1. & 2. collat. 1. Et Authen. de nuptijs, collat. 4. §. ingratitudinem. num. 1. & §. primè siquidem, num. 1. & Auth. ex testamento. nu. 1. C. de secund. nupt. & ibi Bald. nu. 2. Et Alexander ibi, in addit. ad Bald. verb. nuptijs. Salyet. ibi statim in principio. Idè Bald. consil. 42. nu. 3. vol. 3. Anchar. c. fin. nu. 9. q. 2. de secund. nupt. & ibi Alexand. de Neuo. nu. 7. Decius. c. Ecclesia, in noua editione. nu. 124. vers. item intelligitur, de consiluit. Angelus de Perusio Authen. de non elig. secund. nuben. in fine. Angelus de Aretio Infit. de Senatus consulto. Tertul. §. praefertur, num. 16. vers. item dubitari potest. Ripa. l. feminae, in principio, in noua editione. q. 4. num. 7. & §. illud. nu. penult. in fine. C. de secund. nupt. Nicol. Arelatanus. l. generaliter. nu. 166. C. eodè tit. Ananias consil. 101. num. 2. & ibi Bologninus in addit. in fine. Alexand. consil. 68. num. 4. volum. 4. Ruinus consil. 8. nu. 18. & consil. 21. nu. 2. volum. 3. Franciscus Aretin. consil. 40. nu. 4. Boerius decil. 185. num. 17. Gulielm. Benedict. c. Raynūtius, de testam. verb. & vxorè, decil. 5. vbi de successione ab intestato. n. 81. Anton. de Rosel. de success. ab intestato. nu. 197. (habetur. 8. tom. tract. p. 1.) Fabianus Auth. nouissima. q. 12. principali, ad finem. C. de in offic. testam.

Mat-

Matthæyllanus de success. ab intestato, art. 2. principi. membro 1. num. 18. & ibi Bologn. in addit. Anton. Gomez. l. 1. 2. Tauri. num. 1. Tello. l. 6. Tauri. num. 19. fin. Villalobos in suis commun. opin. litera B. num. 40. Matienzo lib. 5. Recopil. tit. 1. l. 3. glossa 2. num. 15. Zauallous in suis. q. practis. q. 67. l. qu. vnico. Idem est dicendum, quando superesset filius vnicus, vel plures, sed omnes incapaces: perinde enim est, ac si mortui essent. vt dixi nu. 25. vbi etiam egi, quid si filij non sint hæredes, vel essent ingrati. Quod si omnes obierint filij superstiti nepote, an sit locus huic reservationi, dixi num. 12. vbi explicuimus quando aui teneantur nepotibus hæc bona reservare.

38 Est autem absque controuersia, deficientibus omnino filijs, minimè eas pœnas remitti, quæ non in filiorum fauorem statuta sunt. vt secundò nuptam non retinere prioris viri dignitatem: non debere ali ab hæredibus viri: iuxta dicta disput. 87. nu. 30. Perdere legatum relictum sub conditione abstinendi à secundis nuptijs. Quia cum filiorum fauori in his minimè prospectum sit, nil refert vita filiorum, vt incurrat. Sic Garronis rubrica. C. de secund. nupti. in noua editione, remedio 4. cõtra pœnas secundò nubentium. num. 125.

39 Ex his inferitur explicatio ad l. 6. Tauri, hodie. l. 1. tit. 8. lib. 5. nonò Recopilationis Regiæ, in qua disponitur posse filium descendenti bus carentem, disponere de tertia bonorum suorum parte in ascendenti præiudicium. Et hoc est verum, licet sit filius familias, pubes tamen. l. regia. 5. Tauri, hodie lib. 5. nouè Recop. tit. 4. l. 4. Poterat enim dubitari, an tertia hæc pars computanda sit, attentis solis bonis, quæ eius filij omnino propria sunt: an potius extrahenda quoq; sit de bonis paternis, in quibus successerat parens, quorum proprietatem retento solo usufructu amiserat per transfatum ad secundas nuptias: ita vt comprehédatur quoq; tertia illa pars eius proprietatis? Pars enim affirmans inde suaderi videtur. Quippè filius familias in bonis aduentitijs solam habet proprietatem, & tamen cum restatur de tertia bonorum parte, solum disponere potest de proprietate illius tertiæ partis, retento patri usufructu dum vixerit, consolidando post eius mortem cum illa tertiâ proprietatis parte. (vt communissima, ac verissima sententia habet.) Ergo cum similiter parens transfens ad secundas nuptias solum usufructum ha-

beat in bonis paternis, ac proprietatem filiorum sit: dum filius de tertia bonorum parte restatur, ea tertia pars deducenda quæque erit ex illa proprietate, & usufructus illius erit apud parentem, dum superstes fuerit: reddibitq; post eius obitum ad hæredem illius tertiæ partis. Sed dicendum est, non deduci ex illa tertia parte proprietatis, sed ex solis bonis proprijs filij: & per mortem filij proprietatem, quam habebat in bonis paternis, quam parens ob secundas nuptias amiserat, pertinere omnino ad parentem, qui illa priuatus fuerat: iuxta ea quæ num. 22. diximus. Quod valde diuersa ratio sit. In casu enim in argumento allato pater non priuatus est proprietate aliqua aduentitiarum, quæ ad se pertinere debebat, in fauorem filiorum sed ea bona sunt omnino filiorum, & ad ipsos pertinentia, solumq; usufructum retinet pater ratione patriæ potestatis: & idè potest filius testari de tertia illius proprietatis parte, reservato tamen patri usufructu dum vixerit. At in casu nostro proprietatis, & usufructus ad parentem iure pertinebant, vt potè, qui in illis bonis successit: priuatus autem est per secundas nuptias proprietate, in fauorem solum filiorum prioris matrimonij, quibus illa reservatur: atque adèd cum ipsis deficientibus cesset fauor ille, consolidatur ea proprietatis cum usufructu, atque redit ad parentem, qui ea priuatus fuerat. Quod bene docet Gulielmus Benediclus cap. Raynuntius, de testamento. verb. & uxorem, decisione 7. vbi de successione ab intestato. num. 85. Quod si in contrarium vergeas. Quauis iure communi attento filius familias testari non poterat, at concedebatur sibi testari de lucris quorum proprietatem habet. post trãitum patris ad secundas nuptias. Per textum Authent. de nuptijs. §. venient. autem. verb. disponant, & verb. intestati decedant. i. n. d. l. 1. in principio. ff. de suis & legit. hæredi. Et tradit Alexander. l. 5. hoc autem nu. 7. ad Trebel. & l. fin. num. pœnult. C. qui testam. facere possunt. Sed dic illa iura non simpliciter concedere filio familias post testatam est illi lucris, sed solum disponendi quibus portionibus inter filios debeat fieri diuisio. Vt bene tradunt Iason ea. l. fin. num. 5. limitatione 1. Garronis rubrica. C. de secund. nupt. in noua editione num. 53. pœnã 27.

Tandem id aduertendum est. Si parens, qui ad secundas nuptias transfert, & ob id in

bonis

bonis, quæ ex substantia alterius coniugis habuit, solum usufructum retinet, decedat fructibus nondum perceptis, ij fructus pertinebunt ad filios prioris matrimonij, quorum erat proprietatis illorum bonorum. Quia usufructuarius non transmittit ad hæredes fructus nondum perceptos, nec illos facit suos. l. i. fur, & l. defuncti. ff. de usufructu. l. i. usufructuarius melle. ff. quemadmodum usufructus amittitur. & §. is verò. Instit. de reu. diuisione. Sic docent Chafsanæus in consuet. Burgud. rubrica. 6. §. 7. fin. Auendaño respõso 5. nu. 7. vers. ex ista conclus. Azebedo lib. 5. Recopil. tit. 1. l. 4. nu. 50.

SVMMARIVM.

AN si filius in testamento, vel codicillo relinquat parenti bona, quæ ab altero parente defuncto habuit, vel donet ei inter viuos, teneatur hic parens transfens ad alias nuptias, reservare proprietatem filij prioris matrimonij? num. 41.

Quid, si post mortem illius filij transeat ad eas nuptias? num. 42.

Quid, si filij consentiant secundis nuptijs? num. 43.

An satis sit taciturnitas: aut tacitus consensus ex alijs coniecturis deprehensus: vel ratio-
catio matrimonij antea iniud. num. 44.

An exigatur consensus omnium filiorum? num. 45.

An satis sit consensus nepotum deficientibus liberis? num. 46.

Quid, si filij sint impuberes, aut ius sibi ipsis competens ignorent: aut tutor nomine ipsorum consentiant? num. 47.

An consensus filiorum excuset parentem à pœnis non in eorum fauorem inductis? num. 48.

Quid, si coniu. consentiat, vt superstes ad secundas nuptias transeat? nu. 49.

An is consensus excuset quoque nubentem infra annum luctus à pœnis? num. 50.

An sit sit etiam tacita coniugis licentia? n. 51.

An sufficiat, si legat aliquid illi secundo coniugio? num. 52.

An sufficiat facultas ampla disponendi in vita, vel in morte de legatis coniugi à se relicto? num. 53.

An coniuge concedente licentiam transfendi ad secundas nuptias, excuset alter transfens ad tertias, & vltiores? num. 54.

An desideretur simul consensus filiorum? nu. 55.

Quid, si coniu. concedens licentiam ignoret damnum, quod filij incurrent ex ea licentia? num. 56.

An credendum sit coniugi asserenti rem suam quam habet conu. superstes, esse huic æquiu-

stram titulo onerosam? num. 57.

An si vxor transfens ad secundas nuptias sit minor, teneatur ad hanc bonorum reservationem filij prioris matrimonij? num. 58.

Quid, si filij moriantur intra pupillarem ætatem? num. 59.

An excuset à pœnis licentia Principis ad transfendum ad alias nuptias? num. 60.

Questio posterior. In quibus casibus parens transfens ad secundas nuptias, eximat ab obligatione referuandi bona ex coniugis defuncti substantia habita filijs prioris matrimonij? Aliqui casus numentur à Doctõribus. Primus est, Si filius decedens testetur, & insituat partem hæredem bonorum, quæ à parente defuncto consequutus est: tunc parens ille superstes ad secundas nuptias transfens succedit plenè in illis bonis quoad proprietatem, & usufructum: atq; potest de illis disponere, sicut de alijs proprijs. Constat ex authentico de nuptijs, collatione. 4. §. hinc nos. vers. si igitur: & auth. ex testamento. C. de secund. nupt. vbi hoc expresse deciditur: eaq; redditur ibi ratio. Quod tunc parens sic insitutus bona illa capiat instar cuiuscumq; extranei hæredis insituti. Sicut ergo ille succederet plenè in proprietate, & usufructu: ita & parens. Et ita tradunt omnes. Atque idem dicendum est, si filius ille per modum legati, vel fideicommissi relinquat ea bona parenti. Et constat ex dict. §. hinc nos. vers. si igitur ibi: Ita & matri relinquens sine inscriptionem, sine legatum. Idem, si in codicillo filius parenti relinquat: vel donet inter viuos. Quod in omnibus his euentibus capit parès ex expressa filij dispositione, instar extranei, atque adèd millicet eadem ratio, quæ in successione testamentaria. Quæ omnia tradunt Garronis dict. authent. ex testamento, in noua editione num. 11. & triplici sequenti. Antonius Gabriel 3. tomo commun. opin. lib. 3. tit. de secundis nuptijs, conclusione 3. nu. 20. & tribus sequentibus. Et quando per donationem, docent etiam Antonius Gomez. l. 14. Tauri. num. 1. Matienzo lib. 5. Recopil. tit. 1. l. 3. glossa 2. num. 15. Azebedo eadem. l. 3. num. 4.

Difficultas autem est, an hoc tãtum procedat, quando filius obit ante secundas parentis nuptias? Nam Bald. i. mater. nu. 4. C. ad Senat. consult. Tertul. id affirmat. Quia cum filio obeunt ante secundas parentis

nuptias,

nuptias, nō dūm sit iniuria illata, ea non cessant remissa. Præterea, quia ea. l. mater hac distinctione vitur, an filius decesserit ante nuptias parentis, an post. Cæterum tenendum est, eam distinctionem. d. l. mater, esse contraeam per auth. ex testamento. C. de secund. nupt. ubi indistinctè deciditur bona, in quibus parens ex filij testamento successit, non reservari filijs prioris matrimonij, eo transeunte ad secundas nuptias. Quare ita dicendum est, siue ante filij mortem, siue post transierit. Hæc enim dispositio non innititur remissione filij: tunc enim eo obiente ante secundas nuptias, ac proinde filiarum inficio, nō posset locum habere: sed innititur successione patris instar cuiuscūq; extranei. Sicut expressè ea redditur ratio. d. auth. ex testamento. Quamobrem nil refert, ante, postve mortem transierit. Quare ita docent Bart. auth. de nuptijs. §. hinc nos. nu. 1. & auth. de nō elig. secundò nub. collat. 1. §. cum igitur. nu. 7. ubi & Angelus in princip. nu. 7. Idem Bald. d. l. mater. nu. 1. & ibi Paulus nu. 2. Corneus nu. 3. Garron. d. auth. ex testam. in noua editione, notab. 1. nu. 9. & 10. & notabili 3. nu. 21. & notab. 5. nu. 22. Cifuentes. l. 15. Tauri. nu. 2. post. 4. limitat. vers. in 2. casu quando mater. Villalobos in suis cōmun. opin. lib. B. nu. 37. Anton. Gabriel tomo 3. cōmuniū, lib. 3. de secundis nuptijs, concl. 3. nu. 26.

45 Secundus casus est. Quando filij prioris matrimonij cōsensum præstitere secundis patris nuptijs. Hunc casum negat Sarmiento lib. 1. secl. 4. nu. 1. & 2. & cōcludit. nu. 4. quāuis filij sint auctores secundis matrimonij parentis, nedum si cōsensum præstent, tenei parentē reservare bona illis, nisi expressè dicat se remittere ius, quod in illis bonis habent. Ducitur autem, qd filij consentientes secundis parentū nuptijs, effecerint quod iure diuino, & humano efficere debuerunt, ac impediendo peccato obnoxii foret. Succedit ergo regula, non contradicere aucti, qui abiq; eo geri potest, non censetur consentire: ac nullum sibi præiudicium parat. l. Caius, cum ibi notatis. ff. de pignorat. actione. & l. quæ dotis. ff. soluto matrim. & latè Tiraquel. de retractu lignagii. §. 1. glossa 9. n. 149. & seqq. Deinde, qd optimè fecerit filius consentiens ijs nuptijs, vt vel sic suo consuleret honorari, euitās suam dedecus quod ex inhonestā parentis vita sibi redundaret. Non ergo istum est, vt ex pio factō filius detrimētum patiat. Tandem, quia hæc reservatio nō

tam est pœna secundis matrimonij, quāam fauor filiorum. Nil ergo refert, vt illa cesset, non inferri iniuriam filijs cōsentientibus. At neminem alium negantē inuenit: & eodem cōmuni omnium sententia affirmandum est, quoties filij consentire secundis parentis nuptijs, cessare hanc bonorum reservationem. Ducor, qd hæc reservatio rationem pœnæ habeat: (vt dixi num. 10.) & sit inducāta ratione iniuriæ illis illatæ (vt probauit nu. 2.) cessante iniuria per ipsorum cōsensum (Scienti enim, & volenti nō fit iniuria) cessabit quoq; pœna. Nec obstant rationes contrariæ. Non prima, quia solūm probat scientiam cum taciturnitate nō inducere cōsensum hūc sufficientē. Quod, & nos faciemur. nu. sequenti. Nō obstant etiam secunda. Quia licet filius optimè faciat consentiens, id damnum reportabit. Sicut dñs annuens serui coniugio rē valde meritoriam facit, ac tenetur nō impedire, cum tū consentiens id damnum sustineat, ne possit ita liberè seruu veaudare, ac in domesticis ministerijs detinere. At vtisq; integrum est, id damnum cauere, vitando etiam peccatum: non contradicendo, nec etiam consentiendo. Quāuis enim teneatur non contradicere, ac non tenetur cōsentire. Tandem nec tertia ratio obstat. Quia iam probauimus esse penam. Et id eodē hanc sententiam sustinent Glossa auth. de non elig. secundò nub. collat. 1. in princip. verb. copulantur. Angelus ibi. nu. 8. & l. mater. nu. 5. C. ad Tertul. & repetitione eiusdem legis. nu. 4. & 8. Romanus singulari 248. incipienti; Tu scis. Socinus regula 272. fallentia. 1. statim in principio. Decius l. nemo fraudare. num. 5. ff. de regul. iuris: & consil. 206. nu. 3. volum. 2. Cepola cautela 23. Alexander de Neuo. cap. finali. nu. 7. de secund. nupt. & ibi Praposit. ad finē. Iafon. l. 2. num. 4. C. de indicia vidui. & cōsil. 43. nu. 1. volum. 1. Ripa. l. femina, in principio, in noua editione. q. 14. nu. 29. C. de sec. nupt. Cremisius singulari 74. si maritus legauit. Sylua nuptial. lib. 2. verb. diuisi nō est nubendū. nu. 76. fin. Parisius consil. 29. nu. 81. volum. 3. Chassanæ. in consuet. Burgund. rubrica 7. §. 7. nu. 1. Ioan. Lupus. l. 31. Tauri nu. 8. Boerius decisio. 184. num. 20. Gulielm. Benedict. cap. Raynnotus, de testam. verb. qui cū alia. nu. 210. Nicolaus de Vbaldis de successione ab intestato. 2. p. q. 4. nu. 11. Bolognini. addit. ad Matthesyl. de success. ab intestato. art. 2. principali, membro 1. nu. 19. Cifuentes. l. 15. Tauri. nu. 2. limitat.

tatione

44 tit. 1. Castillo ibi. col. vt. nu. 7. vers. vnum tamen. Garronis rubrica. C. de secū. nupt. in noua editione. nu. 116. remedio 2. ad euitandas pœnas secundò nubentium. Qualdenf. de arte testanditit 6. cautela 18. nu. 3. Roland. consil. 81. nu. 13. vol. 3. Crotius repetitio nel. 1. nu. 90. ff. solut. matrim. Anton. Gabriel tom. 3. cōm. opin. lib. 3. tit. de secū. dis nupt. concl. 3. nu. 35. & cōsil. 6. nu. 3. & cōcl. 1. nu. 13. Simon de Prezis de interpr. vltimæ voluntatis, lib. 1. interpretatione. i. circa legatā, dubio 10. nu. 120. Menochius consil. 155. num. 13. multos referens, vol. 2. Padilla. l. cum donationis. nu. 5. C. de transf. & Perez lib. 5. Ordinam. tit. 1. l. fi. fol. 54. vers. item tenetur. Matienzo lib. 5. Recopil. tit. 1. 3. Glossa 2. nu. 43. Azebedo eod. m. tit. l. 4. nu. 36. Quod est verū etiā quoad pœnas anni luctus: vt dicit Boer. ibid. nu. 27. & dicemus in simili num. 50.

Quidam casum hunc extendunt, vt sufficiat tacitū filiorum cōsensum. Sic Decius cōsil. 286. nu. 4. & 5. vol. 2. Parisius, Qualdenf. Roland. nu. 13. Menoch. nu. 16. Padilla allegati. nu. præcedenti. Antonius Gabriel eadem concl. 1. nu. 14. Exemplificant Decius, Roland. nu. 15. Parisi. nu. 84. Menoch. latè probans. Antonius Gabriel, dicentes hūc tacitum cōsensum esse, quādō filius nunquam conquestus est de secū. dis parentis nuptijs, sed semper tacuit. Similiter exemplificant Parisi. nu. 84. Roland. nu. 18. Anton. Gabriel. d. cōcl. 1. nu. 36. quando filij valde diligebant vtrūq; vel noueram: tunc enim tacitè ratificant, & approbant matrimonium secundum præcedens. Quod satis est ad euitandam hanc pœnam. Ceterum ab his omnibus libentissimè reedo, & existimo minimè sufficere præsentiam cum taciturnitate: nec eum tacitum cōsensum, qui ex dictis coniecturis elicitor. Quod aperte probat prima ratio, quā in præcedenti adduximus ex Sarmiento. Deinde, qd in rebus præiudicium inferentibus, qualis est hæc taciturnitas, & non conueni, non sit signum cōsensu. Et ita tenent Ripa, Garronis. num. 118. versic. sed an sufficeret. Perez, Azebedo. nu. præcedenti allegati. Qualis verò cōsensu tacitū sufficiat, dicam num. 51.

45 Exigitur tamen cōsensum omnium filiorum de quorū successione tractatur. Quare si aliqui annuant, alij verò renuant, euitabit parens secundò coniugatus pœnas, quoad auentes filios, quibus nō tenebitur reservare proprietatem bonorū ex sub

stantia parentis defuncti acquiritorū: secus tamen erit quoad renuentes. Quia cum de omnium præiudicio tractetur, omnium cōsensu desideratur: nec cōsensu quorundam dissentientibus nocere potest. Sic Garronis latius probans rubrica. C. de secū. nupt. remedio 2. ad euitandas pœnas, in noua editione. nu. 121. Perez lib. 5. Ordinam. in tit. l. 6. columna antepen. Azebedo lib. 5. Recopil. tit. 1. 4. nu. 36.

46 Quod si superfluitibus nepotibus filij decesserint, satis esset nepotum cōsensum. Tūm, quia suorum paritum personam representant: ac in ipsorū fauorem cedit reservatio. Tūm etiam, quia sicut superfluitibus nepotibus, nec cōsensum præstatibus secundis nuptijs, incurritur dicta pœna: ita ipsi consentientibus vitari debent. Sic tradunt Garronis. nu. 117. versic. sed an id. Perez. l. fin. fol. 54. vers. item tenetur num. præcedenti relati. Menoch. consil. 155. nu. 22. & 31. volum. 2.

47 Exigitur verò vt filij, vel nepotes sint puberes, & certiores facti consentiant. Non enim impuberum cōsensu: quā in ætate cōsiliij ignara præstitus fuisset. Sic docent Boerius decis. 185. nu. 23. Baeza de non melior. filiabus. c. 10. nu. 57. Nec sufficet licentia tutoris, atq; cōsensu ab ipso præstitus. Cū sit valde præiudicium inferens pupillis. Vt latè probat Garron. rubrica. C. de secū. nupt. in noua editione, remedio 2. contra pœnas secundò nubentium. nu. 122. vers. an si filij. Quāuis sufficere tutoris licentiam affirmet relato Bertrando Anton. Gabriel. 3. tomo commun. opinio. lib. 3. tit. de secund. nupt. concl. 1. nu. 36. Sed pro test. merito dubitari, an desideretur filios puberes consentientes secundis parentis nuptijs, nosse ius reservationis bonorum, quod amittit, eo cōsensu præstito. Et pro foro externo videtur id minimè desiderari. Quia ea ignorantia est iuris, quæ in eo foro minimè excusat regula, ignorantia de regulis iuris, in 6. Cū autē ea excuset in foro conscientie (vt probabo lib. 10. disputat. 32. num. 10) videtur in eo foro desiderari scientiam huius iuris. Remissio enim liberam remittendi voluntatem petit: quā ignorantia tollit. Ac cōsensu ille in tantum excusat, in quantum est quædam remissio iuris competentis ipsi filijs. Verū existimo non desiderari scientiam illius iuris. Quia cessatio huius pœnæ dum filijs consentiunt, non inipitur tacita remissione filiorū: sed cessatione causæ, quæ est iniuria

filijs

filij interrogat (vt probauit nu. 43.) quae nul-
larenus scienti secundas nuptias, & li-
bere consentienti inferitur.

48 Tandem circa hunc casum obseruandum
est, hunc filiorum consensum minime exi-
mere a penis, quae non in filiorum fauore
statuta sunt: vt in simili probauimus nu. m.
38. vbi, quae poena sint haec explicuimus.
Quamobrem si vir legatum relinquat vxori,
sub conditione abstinendi a secundis nu-
ptijs, nil operabitur consensus filiorum, nec
expressa remissio. Quia, talis iniuria per
transitum ad secunda vota, contra expres-
sam testatoris voluntatem, irrogatur prin-
cipaliter ipsi testatori, ipsiusque fauorem co-
cernit conditio illa. Vnde dicta filiorum li-
centia operatur in penis: legalibus concer-
nentibus filiorum fauorem: ac in bonis, ab-
que ea conditione relicta. Sic Garronis ru-
brica. C. de secund. nupt. in noua editione,
remedio 2. contra poenas secundum nubentium.
nu. 123. vers. pone si coniux.

49 Tertius casus est. Si coniux defunctus
consensum praestet, vt superstes ad secun-
das nuptias transeat: tunc enim euitabit hic
penas, & subinde non tenebitur ad praedi-
ctam bonorum reservationem filijs prioris
matrimonij. Hunc casum sicut & praede-
dentem negat Sarmiento lib. 1. selectarum
cap. 4. nu. 3. ductus rationibus, quas retuli,
& solui. n. 43. Et dicit exigi, vt expresserit
coniux velle superstitem eximi a penis, si
ad secundum coniugium migret. Et Glossa
auth. de nuptijs, in principio, verb. sine vir,
collatione 4. quam pro se referunt Autho-
res contrariae sententiae, potius fauet huic,
ait enim hanc poenam cessare, si coniux dicat,
Nolo superstiti amittere bonorum pro-
prietatem. Et eodem modo id dicit Ange-
lus de Perusio repetitione. l. mater. nu. 4.
C. ad Tertul. At minime recedendum est
a communi sero omnium sententia asseren-
tium sufficere consensum coniugis defuncti
secundis nuptijs superstitis praestari, vt hic
euitet poenas, & hanc bonorum reservationem.
Quod eae poenae statuta sint ob iniuriam
coniugi illatam, quae ipso consentiente
cessat (vt in simili diximus nu. 43.) Sic
tradunt Bald. consil. 42. ad euidentiam. nu.
1. volum. 3. & l. filium, quem nu. 4. C. fami-
liae Heriscunde. Et ibi Paul. nu. 3. in prin-
cip. Iason. nu. 13. & auth. cui relicta. nu. 5.
C. de indi. viduit. Praepos. cap. fin. nu. vl-
timo, de secund. nupt. Romanus singulari
248. & consil. 219. nu. 5. Socinus regul. 272.
nu. 2. fallentia 1. Decius, c. Eccllesia, in no-

ua editione. nu. 123. de consuet. & rubrica.
C. de secund. nupt. nu. 7. & 8. Et ibi Garro-
nis in noua editione, remedio 1. contra po-
enas secundum nubentium nu. 112. & l. nu.
80. & 82. C. eodem tit. Gulielm. Benedictus.
cap. Raynantius, de testam. verb. & vxoris,
decil. 5. vbi de successione ab intestato. nu.
90. & verb. qui cum alia. nu. 193. Boerius. de-
cisio. 185. nu. 21. Chaffanæus in consuetud.
Burgundiae, rubrica 7. §. 7. nu. 1. Sylua nu-
ptialis lib. 2. verb. dicitur non est nubendum.
nu. 76. fin. Ioann. Lupus. l. 31. Taur. nu. 38.
Cisuentes. l. 15. Tauri num. 2. limitatione
2. Et ibi Cast. llo col. vltim. nu. 5. vers. vna
tamen. Crementis singulari 74. Si maritus
legauit. Parilius consil. 29. num. 83. & 86.
volum. 3. Rolandus consil. 62. num. 26. vol.
1. & consil. 81. nu. 13. volum. 3. Anron. Gomez.
l. 14. Tauri. num. 6. Villalobos in com-
mun. opin. l. itera B. num. 36. Antonius Ga-
briel 3. tomo communium, lib. 3. tit. de se-
cundis nuptijs, consil. 1. num. 31. & con-
clus. 3. nu. 35. & concl. 6. num. 2. Simon de
Pretris de interpretatione vltimae voluntatis,
lib. 1. interpretatione 1. circa legata, du-
bio 10. nu. 118. Perez lib. 5. Ordinum, tit. 1.
l. fin. ad finem, Gutierrez. l. nemo potest,
num. 17. ff. de legat. 1. Matienzo lib. 5. Re-
copil. tit. 1. §. Glossa 2. num. 43. Azebedo
eo. tit. 1. l. 4. num. 37.

50 At non conueniunt hi Doctores circa po-
enas viduae intra annum lucus nubenti sta-
tutas. Quidam enim censent non sufficere
consensum vici, vt ex poena remittantur.
Quod testatoris voluntas contra bonos mo-
res disponens sit nullius momenti. At nu-
bere intra annum lucus est contra bonos
mores iure ciuili inductus. l. C. de secund.
nupt. ibi: Ne in his quidem correctionem moru.
Atque ita tenent Bald. ca. l. 1. num. 6. Prae-
positus, Socinus, Romanus vtroque loco, Iason
vtraque loco. Gulielm. Benedictus. vtroque
loco, allegati. num. praecedenti. At tenen-
dum est contrarium. Quia militat eadem
ratio cessationis iniuriae viri, ob quam praedi-
ctae poenae statuta sunt. Cum enim se-
cundo nubere nullo pacto delictum sit,
non potest dici eas poenas vere ob deli-
ctum inditas esse: sed ob festinatam viri ini-
uriam, qua cessante per praedictam licentiam,
non est contra bonos mores sic nubere.
Et ita tenent Paulus. l. filium quem nu. 3. in
principio. C. familiae Heriscunde. Decius
rubrica. C. de secund. nupt. num. 8. Ripa. l.
femina, in principio. q. 13. nu. 27. in noua
editione. C. eodem tit. Boerius de cisione

185. nu. 27. Garronis. C. de secund. nupt. in
noua editione. l. 1. nu. 81. & duplici sequenti.
Antonius Gabriel conclus. 1. nu. 32. Pe-
rez, & Gutierrez allegati nu. praecedenti.
Et Ioannes Lupus in hanc inclinat. l. 31. Tau-
ri nu. 39. dicit enim se dubitare de veritate
contrariae sententiae. At hodie nil refert
vtra opinio verior sit (vt bene aduertit Boe-
rius eodem nu. 27.) cum nullae sint poenae
intra annum lucus nubentibus, sed iure ca-
nonico corrigantur. Vt probauit disputat.
87. num. 23.

51 Affirmant verò quidam satis esse licentiam
expressam, vel tacitam viri, vel vxoris,
vt alter coniux superstes transiens ad secun-
das nuptias euitet poenas. Sic Boerius de-
cisione 185. nu. 27. Gulielmus Benedictus
cap. Raynantius, de testam. verb. qui cum
alia nu. 207. Rolandus consil. 62. nu. 27. lib. 1.
Et consil. 81. nu. 13. lib. 3. Simon de Pretris
de interpretatione vltimae voluntatis, lib. 1.
interpretatione 1. circa legata, dubio 10.
nu. 118. & 120. At non exillimo hoc suffi-
cere, (vt in simili dixi nu. 44.) nisi conie-
ctura: taciti illius consensus valde aperta
sint, ita vt de eius voluntate dubitari ne-
queat. Vt contingit in casu. nu. sequenti pro-
ponendo.

52 Hinc deducitur, coniuge legante aliquid
coniugi superstiti, casu quo transeat ad se-
cundas nuptias, coniugem superstitem ha-
biturum id legatum plenè quoad proprie-
tatem, & vsum fructum, nec teneatur transi-
ens ad secundum matrimonium aliquid
reseruare filijs primi. Quod ea sit licentia
transeundi impunè quoad illud legatum.
Sic Baldus. l. 1. nu. 6. C. de secund. nupt. Iason.
l. filium, quem, nu. 13. C. familiae Her-
isc. Franciscus Cremensis singulari 74. Gu-
lielm. Bened. Simon de Pretris nu. 120. allega-
ti nu. praecedenti. Chaffanæus in consuetud.
Burgundiae, rubrica 7. §. 7. nu. 1. Sylua nu-
ptialis libro 2. verb. diuiti non est nubendum.
nu. 77. Temperant Baldus, Iason, Gu-
lielmus Benedictus, si post annum lucus
ea vxor transeat ad secundas nuptias: nam
si intra annum lucus nequit vir remittere
poenam statutam. l. 1. C. de secund. nupt.
nempe, vt perdat id legatum quoad proprie-
tatem, & vsum fructum. Sed iam num.
50. hanc limitationem reuicimus.

53 Secundo deducitur, non esse iudicium
sufficiens huius taciti consensus, si vir co-
cedat vxori facultatem amplam disponendi
in vita, vel in morte, de legatis a se relictis:
quare non obstanti ea facultate, si transeat

ad secundas nuptias, non poterit de proprie-
tate illius legati disponere, sed filijs
prioris matrimonij referabitur. Tu, quia
in generali concessione non veniunt casus
speciali nota digni, & de quibus dispo-
nens, si cogitasset, non esset verisimiliter
dispositurus. c. finali, de officio vicarij, in
6. Tu quia his verbis expressum fuit quod
tacite inerat de iure communi. Sic citatis
Fulgosio, & Bertrando, docet Ripa. l. femi-
nae, in principio, in noua editione. q. 12.
nu. 27. C. de secund. nuptijs. Antonius Ga-
briel tomo 3. commun. opin. lib. 3. tit. de
secund. nupt. conclus. 1. nu. 11.

Sufficit autè licentia concessa a coniuge
transeundi ad secundas nuptias, vt ille su-
perstes possit impunè transire ad tertias,
& vteriores: vnde si coniux legat vxori
aliquid quamvis transeat ad secundas nu-
ptias, plenè consequetur vxor, ad quascunq;
transeat. Quia vir consensum praestans se-
cundis nuptijs, censetur iniuriam remittere
sibi inferendam ex alienis nuptijs. Quae ini-
uria semel remissa perpetuo durat. l. si nō
conuiri, C. de iniurijs. Sic Ripa rubrica.
C. de secund. nupt. n. 13. vers. contrarium
videtur verius.

Sed dubitari iure optimo poterit, an fa-
ctis sit licentia a coniuge concessa transeun-
di ad secundas nuptias, an potius requiratur
simul consensus filiorum? Corraffus lib. 3.
miscellaneorum. c. 1. nu. 12. sustinet similes
exigi consensum filiorum. Quia iniuria ir-
rogatur filijs, & sequitur illis detrimentum:
cum priuatur proprietate. At pater nequit
suo consensu prauidicare filijs. Et hanc
sententiam dicit non ratione desitui Aze-
bedo lib. 5. recopil. tit. à. l. 4. nu. 37. quauis
dicat communem sententiam esse seruandam.
Alli sentiunt paternum consensum solum
nocere filijs, quādo haeredes patris sūt, se-
cus si nō sint haeredes. Sic Ripa. l. feminae,
in principio. C. de secund. nupt. q. 11. nu. 25. Sed
dicendum est, sufficere solius viri consensum
in secundas vxoris nuptias, vel è cetera. Quia
potest pater asserere prauidicium filijs, ex
quo eis solū in quāda cōsequētia ob illarū
viro iniuriā acquiritur proprietates dictorū
bonorū. Vt bene ait Menochius consil. 153.
nu. 33. in solutione ad 2. volū 2. Et ita te-
nēt Decius rubrica. C. de secundis nup. n. 8.
Garronis eadem rubrica, remedio 1. ad e-
uitandas poenas secundum nubentium. num.
112. & addit sufficere hanc licentiam non
tantum in bonis, quae immediatè habuit
coniux ab alio coniuge, sed etiam in ijs
qua

quæ habuit ab ipso, medio filio, cui successe-
 rit. Sed idem Garronis ibi num. 115.
 dicit non satis esse solum consensum pa-
 ternum. ut euitet mulier secundò nubens
 pœnam. l. hac edi. l. ali, in principio. C. de
 secund. nupt. nempè, ne possit relinquere
 secundo viro plusquam vni ex filiis prio-
 ris matrimonij, cui minus reliquit. Quia
 ea pœna est principaliter, & omninò in fa-
 uorem filiorum prioris matrimonij: nec
 procedit à bonis viri, nec aliquo pacto cõ-
 cernit eius bona, sed ipsius secundò nubentis.
 Sed Decius dist. rubrica. num. 8. viderit
 ab hac limitatione recedere, dicens
 posse dici, principaliter esse iniuriam illa-
 tam viro, & ob eam priuari viduam tran-
 seuntem ad secundas nuptias ea facultate:
 quare cessare pœnam cessante iniuria per
 consensum viri. Et hoc magis placet. Quia
 communis Doctorum sententia, quam nu.
 49. retuli, vult inpositam esse pœnas post
 annum luctus impositas remitti: inter quas
 hæc annueratur.

56 Sed an habeat locum hæc cessatio pœ-
 narum consensu præstato per virum igna-
 rum iuris per consensum amicitij? Dic vt
 dixi in simili. num. 47.

57 Ex his omnibus infertur, credendum es-
 se coniugi dicenti aliqua, quæ alter ab ipso
 acquisiuit, non titulo lucratiuo, sed onero-
 so acquisisse: credendum (inquam) ad eum
 esse dũm, ne transiens ad secundas nuptias
 teneatur ea bona seruare filij prioris ma-
 trimonij. Quia sola eius voluntas satis est,
 vt alter liberè acquirat, & absque hoc re-
 seruationis onere. Sic alijs citatis docet Si-
 mon de Pretis de interpretatione vltimæ
 voluntatis, lib. 1. interpretatione 1. circa
 legata, dubio 10. num. 121.

58 Quartus casus est, quando femina trá-
 siens ad secundas nuptias est minor. Tunc
 enim non amittit proprietatem per tran-
 situm ad secundas nuptias, nec tenetur eam
 filij prioris matrimonij seruare. Sic tra-
 dunt Socinus regula 272. num. 3. Boerius
 decisione 185. sine. Villalobos in suis com-
 mun. opin. l. itera B. num. 30. Antonius Gab-
 riel. 3. tomo commun. opin. lib. 3. rit. de
 secund. nupt. conclus. 1. num. 46. Sed con-
 trarium tenendum est, quod nullo iure
 probatur hæc limitatio. Adde hic tractari
 non de damno vitando, sed de lucro ca-
 ptando: in quo euentu minor ætas nil pro-
 ficere. Et ita tenent Cifuentes. l. 15. Tauri,
 in num. 2. limitatione 3. Azebedo lib. 5.
 Recopil. tit. 1. l. 4. num. 38. quamvis aliquan-

tulum trepidè id affirmet Cifuentes, sit e-
 nim hoc esse verius, at casum esse dubium,
 & cogitandum.

59 Quintus casus est. Quando filius mori-
 tur post ætatem pupillarem, tunc enim pa-
 tens illi succedens in bonis paternis non
 tenetur ad hanc reseruacionem, quæ solum
 habet locum filijs intra pupillarem ætatem
 decedentibus. Ita sentire videtur Paulus. l.
 omnem. num. 2. C. ad Tertul. sed verè id
 non dicit, sed in alto casu loquitur. Quam-
 obrem dicendum est, locum esse huic re-
 seruacioni, siue intra, siue post ætatem pu-
 pillarem filius decedat. Quod constat ex
 Authent. de nuptijs, collat. 4. §. hinc nos.
 vers. si igitur, vbi discrimen constituitur,
 an mater succedat filio ex testamento, an
 ab intestato: & deciditur tantum esse locum
 huic reseruacioni, quando ab intestato suc-
 cedit. Ergo supponitur capacitas filij ad
 testandum. Cùm priuatio habitum supponat.
 Et ita docent Cifuentes. l. 15. Tauri. n.
 2. limitatione 4. Azebedo lib. 5. Recopil.
 tit. 1. l. 4. num. 41.

60 Vltimus casus est. Si coniux de licentia
 Principis ad matrimonium transeat, tunc
 enim eximitur ab hac bonorũ reseruacione.
 Probatur ex l. folet. 10. ff. de his, qui
 notantur infamia, vbi: Solet à Principe impe-
 trari. vt intra legitimom tempus mulieri nu-
 bere liceat. Vbi Glossa verb. liceat, ait eam
 non incurere tunc pœnas secundarum nu-
 ptiarum. Et ita docent Angelus repetitio-
 ne. l. mater. num. 5. C. ad Tertul. Decius. l.
 1. num. 20. & 21. C. de secund. nupt. Garro-
 nis rubrica. C. eodem tit. in noua editione,
 remedio 5. contra pœnas secundò nubentium.
 num. 128. Anton. Gomez alios refe-
 rens. l. 15. Tauri. nu. 6. Boerius decif. 185.
 nu. 25. Anton. Gabriel tomo 3. comunium,
 lib. 3. rit. de secund. nuptijs, concl. 1. nu. 45.
 Quod si opponas Glossam. c. rescriptum.
 verb. petenti. 25. q. 2. quæ intelligit. d. l. fo-
 let, vt licentia à Principe concessa nubedi
 intra annum luctus, solum remissionem in-
 famiæ, & cæteram pœnarum illius anni
 operetur: non autem pœnarum, quæ sunt
 in filiorum fauorem. Quod priuilegium à
 Principe concessum intelligatur absq; præ-
 iudicio tertij. At dicunt Decius, & Garro-
 nis, hoc hodie non posse procedere attèto
 iure canonico. Quia cùm illud abtulerit
 pœnas illius anni luctus, si de illis solis in-
 telligeretur priuilegium, nil operaretur.
 Cùm tamen verba priuilegij debeant ali-
 quid operari. c. si Papa, de priuileg. in 6.

DISPUTATIO. NONAGESIMA.

Vtrum pœnæ coniugi transeunti ad secundas nuptias statutæ locum habeant in vidua fornicante: nec iure canonico tollantur.

SVMMARIVM.

Pœnæ hæc non sunt correctæ, quatenus affi-
 ciant viduam fornicantem. nu. 1.
 Vidua semel fornicans anno luctus, perdit lega-
 tũ à viro relictum, ac incurrit omnes pœnas
 nubentium intra illum annum. nu. 2.
 Quid, si intra illum annũ alij nubat, & sic nup-
 ta eo anno fornicetur? nu. 3.
 Quid, si post annum luctus vidua fornicetur?
 Refertur opinio. nu. 4.
 Proponitur sententia Authoris, nu. 5.
 An attento iure regio Castellæ vidua fornicans
 post annum luctus incurrat eas pœnas? nume-
 ro. 6.
 An vidua quæ docuit fornicans subijciatur pœ-
 nis post annum luctus statutis: & quid de a-
 masso cum illa fornicauerit? nu. 7.
 An luxuriose viuens amittat lucra, consistente
 matrimonio acquisita? nu. 8.
 An amittat dotem? nu. 9.
 An in foro conscientia vidua hæc amittat illa
 lucra, & legata, pariatque alias pœnas, nõ
 expectata iudicis sententia? Refertur opinio
 nu. 10.
 Refertur Authoris sententia. Et explicatur quæ-
 do censetur dispositum, quod testator si me-
 ministris, disposuisset. nu. 11.
 An viro instituto vxorẽ usufructuariã, dum
 honestè, & vidua vixerit, leg. nriq; ei cen-
 tum, cùm secũdo nupta fuerit, obtineat hoc
 legatum, si prius vitam luxuriosam ducat,
 & post nubat, nu. 12.
 An alteruter coniux fornicans viduus effectus,
 teneatur reseruare bona ex substantia defun-
 ti acquisita, filijs prioris matrimonij, perin-
 de ac si ad secundas nuptias transiisset? Re-
 fertur opinio. nu. 13.
 Sententia Authoris. nu. 14.
 An vidua fornicans, vel talis inhonestos pa-
 tres, amittat filiorum iurata? Refertur qua-
 dam sententia. nu. 15.
 Proponitur sententia Authoris, nu. 16.
 Remittendum est vt ferè certum,
 quamuis pœnæ fœminis secundò
 nubentibus intra luctus annũ statu-
 tæ, sint canonico iure correctæ (vt
 diximus disp. 87. n. 23.) minimè tamẽ eas
 correctas esse, quatenus comprehendunt
 coniugem viduam fornicantem. Quod iu-

ra canonica voluerint fauere secundis nup-
 tijs tanquam licitis, ne earum libertas im-
 pediatur. Quam rationẽ reddidit textus. c.
 fin. de secund. nupt. pœnas illarum delens.
 At quis dicat voluisse quoq; viduis forni-
 cationis omni iure reprobatæ reis opitula-
 ri? Et ita docent Cardinalis. c. fin. n. 2. q. pe-
 nultima, de secund. nupt. & ibi Alexander
 de Neuo, nu. 16. Albericus auth. eidẽ pœ-
 nis. n. vnic. C. de secun. nupt. & ibi Garro-
 nis in noua editione. nu. 4. & 18. & rubrica.
 C. eodem tit. n. 24. pœna. 12. fin. & nu. 66.
 pœna. 29. vers. plus dico, & l. 1. n. 14. 19. 31
 72. Decius eadem. l. 1. n. 3. Angel. auth. de
 relict. & ea quæ parit. §. vnum. nu. 6. Nico-
 laus Arelæanus. l. generaliter. q. 5. nu. 20.
 C. de secund. nupt. Gulielmus Bened. c.
 Raynuntius, de testam. verb. qui cum alia
 nu. 200. Boerius consil. 32. n. 13. vol. 2. Ro-
 landus consil. 86. nu. 45. volum. 2. Anto-
 nius de Rosellis de successione ab intesta-
 to. n. 195. (habetur tomo. 8. tractatum. p. 1.)
 Montal. lib. 3. fori tit. l. 13. verb. Pier-
 da. A costa. c. si pater. 1. p. verb. legauit, nu.
 34. de testa. in 6. Iulius Clarus lib. 5. recep-
 tarum. §. fluprum, num. 6. Anton. Gabriel.
 3. tomo commun. opin. lib. 3. tit. de secun-
 dip nuptijs, conclus. 3. nu. 12. Matienç. lib.
 5. recopil. tit. 9. l. 5. gloss. 8. nu. 5. Surdus de
 alimentis, tit. 7. q. 23. nu. 4. & 5. Quamuis
 vnus Corneus (quem ego viderim) clarè
 significet. l. fideicommissum, num. 3. vers.
 & ex prædictis. C. de fideicommiss. esse cor-
 rectas has pœnas quatenus etiam viduam
 fornicantem afficiunt.

Difficultas autè grauis est, quales pœ-
 nas ex statutis secundò nubentibus incur-
 rat vidua fornicans? Et quidè constat inter
 omnes Doctores, pœnas statutas. l. 1. C. de
 secund. nupt. quas latè retuli disp. 87. fœmi-
 nis intra annũ luctus nubentibus, incurri à
 fœminis, quæ intra eidẽ annũ post viri mor-
 tem fornicatur: ac proinde huiusmodi vi-
 dus amittere ante nuptiale donationẽ, &
 quicquid ex viro liberalitate cõsequente
 sunt: vt si eis aliquid legarunt. Constat ex
 auth. de relict. & ea quæ parit. §. final. ibi.
 Sancimus si quid tale contigerit, & ante luctus
 tẽpus pepererit mulier circa terminũ anni, vt